Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



77

terram sapientiae orbem terrarum prudentiae
CAPITULUM ..

Audiquippe scripturae ordinem; Dominus fecit terram fortitudine sua, et erexit orbem in sapientia sua, et in sua prudentia extendit caelum., Et noscitur in ipsum terrae dictum. e. quippe ad adam. terrae es. necessaria habemus fortitudinem dei. quia absq: ea impossibile nobis. e. id est quod carni repugnat., Cum autem mortificata fuerint membra super terram. tunc parent spi suo liberae; Siquidem iuxta apostolum spiritus carnis mortificantur. Dominus ergo qui fecit terram in fortitudine sua. Si autem ad hanc terram veniat. et consideres id quod in illo scriptum. e. / Iuxta emendatissima tamen exemplaria quomodo statuerit ea super nihilum. Inveniet fortitudinem dei in medio et terram mundi. terrae librum sustinere., Veniamque ad orbem terrarum. quia graeca. occumene nuncupatur. id est inhabitata., Scio animam meam inhabitatam. scio animam meam desertam., Si enim non habet dm patrem. si non habet filium dicentem., Ego et pater meus veniemus ad eum. et mansionem apud eum faciemus., Si non habet spm scm. anima deserta. e., Habitata autem. e. quando plena. e. do. quando habet xpm et spm scm., Verum haec et vere in scripturis dicuntur. in anima hominis patrem et filium et spm commorari, Nam et David in psalmo Confessionis. tres. spi postulat dicens., Spu principali confirma me. spm rectum in nova in visceribus meis. spm scm tuum ne auferas a me., Quis sunt isti tres spi. principalis spi pater. e., spi rectus xpi., spi sci spi sci. e., Hanc ad probationem eius tetigimus. Quod habitatus. e. orbis terrarum in sapientia dei fabricatus sit., sapientia quippe auxiliatur iustum sup decem potestates haben tes. civitates., Sapientiam autem et disciplinam qui abiecit